

videre si dicta [in] inventario // sunt in dicto Castro; et si ali- 100A
 quid deficeret vel esset devastatum, tunc capitanei, sub quibus
 factum esset dictum dampnum vel ipse res deficerent, satis-
 fatiant dictum dampnum de suis propriis bonis, nisi denun-
 5 tiaverint personas contrafatientes, que persone denunciate tunc
 satisfacere debeant predicta, et nichilominus puniantur secun-
 dum formam statuti Triesti de rebus acceptis et dampno facto
 per ipsas personas, sub pena libr. vigintiquinque par. pro quo-
 libet iudice et libr. decem par. pro quolibet cancellario. ¶ Et
 10 quando miles domini potestatis ibit pro inquirendo custodiam
 dictorum castrorum, idem dominus milex solus intrare debeat
 dicta castra causa perscrutandi capitaneos et stipendiarios
 ipsorum castrorum, si sint ad custodiam dictorum castrorum,
 et quod capitanei ipsorum castrorum nullo modo permittant
 15 aliquam aliam personam intrare in dictis castris cum dicto
 domino milite, sub pena libr. vigintiquinque par. pro quolibet
 capitaneo et vice qualibet contrafacta.

Cap. LXV. De mensuratoribus vini et salis et
 de eorum officio et sacramento.

20 **S**tatuimus quod quo[d]libet dominium in i[n]troitu sui of-
 ficii citari fatiat et coram se comparere omnes mensura-
 tores vini, eis mandando sacramento, et ipsos iurare facere
 quod suum officium legaliter et sine fraude fatient et legaliter
 mensurabunt quibuslibet // personis eos requirentibus, et ha- 100B
 25 bere urnam, mediam urnam, congium et medium congium, et
 omnem mensuram vini fatient ad medietatem clavorum, et ire
 incontinenti cum fuerint requisiti per aliquam vel aliquas
 personas ad mensurandum vinum in civitate Tergesti, et
 predicta omnia servare, sub pena decem libr. par. pro quo-
 30 libet mensuratore et vice qualibet contrafacta. ¶ Et quilibet
 ipsorum habere debeat duas urnas signatas medio congio
 congio media urna et urna, et recipere pro qualibet urna vini
 quam mensuraverint unum par. a venditore tantum, et sic pro
 35 tatem vini venditi, ipsam quantitatem vini mensurati denun-